ambr Quia dns illum adsumpsit id est ad gratiam uocauit
item Alius iudicat diem inter diem hoc est alicui placet inter
positis edere. Nam sunt quidam qui tertia feria carnem
non edendam statuerunt. sunt qui sabbatis. Alius iu
dicat omnem diem id est qui nulla die comedit. Unus
quisque in suo sensu habundet hoc est unusquisque
suo consilio utatur. Item Qui sapit diem dno sa
pit uerum est quia qui semper abstinens est dō place
re sepitat & qui edet dno edet id est quia gratias
agit creatori. Item Nemo enim nrm sibi uiuit &
nemo sibi moritur. sibi uiuer& aliquis si non ager&
sub lege aut qui freno legis gubernatur non sibi utique
uiuit sed dō qui legem dedit ut secundum uoluntatem
eius uiuatur. & qui moritur similimodo dō moritur
quo iudice aut coronabitur aut condempnabitur
Malum est homini qui per offendiculum manducat
id est que dubitat in nescis utrum munde sint an inmunde
item Infelix ego homo rt Congregationem uitiorum
appellat corpus mortis. ut corpus peccati

Et carniſ circum[cisio] rt. Carniſ cura eſt propria uoluntaſ
Lex ſpiritaliſ dr quia praecepta dat per que non peccent
quia qui non peccat ſpiritaliſ uocatur. lex autem ſpr
ideo uocatur quia dr cuiuſ ſideſ eſt ſpr eſt

Prudentia carniſ morſ eſt. Prudentiam carniſ habent
quorum aſtutia & induſtia in hoc eſt maxime ut pec
cent. ſapere enim ſibi uidentur ſi hoc diligentiuſ pcu
rent cum nihil ſtultiuſ ſit quam peccare. Eſt eta
lia prudentia carniſ quae mundaniſ rationib; inflat

Qui infirmuſ eſt holera manducat. Igitur quia hoc pu
tat ut illa holera edat ideo ſuadendum non eſt ut car
nem edat ne cum ſcrupulo edat & uideatur peccare
quae propoſitum ſuu n̄ cuſtodit

Kirie eleyſon Dne miſerere Xpc dnſ factuſ eſt obediens uſque ad mortem